Elix. propr. Claud. ℈ij.
Misc. d. ad Vitr. Dosis quotidie aliquoties guttæ 15. ad 20. cum Mixturâ Aquarum congruâ.
Vel ℞. *Spirit. theriacal. aut*
Vini camphor. ℥j.
Aqu. Ulmar.
Meliss. ana ℥iß.
Essent. Croc. ʒj.
Sacch. penid. ℥ß.
Misc. detur ad Vitr. Sumatur cochleatim.

CAPUT XXX.

De Medicamentis Antarthriticis.

§. 1.

Definitio. Antarthritica, *Arthritica* vel *Articularia* Remedia dicimus ea, quæ motum Articulorum abolitum vel imminutum, difficilem, ac dolorosum redditum, pristinæ libertati restituere valent. Cùm verò motus in Articulis præstetur ope tendinum ac musculorum, certo fibrarum nervearum tono gaudentium, spirituumque nunc parciore nunc copiosiore influxu expansorum, consequens est, motum eundem facilè hebetari, quandocunque materia quædam aut humor acris, intra tendinum fibras collectus, vel rodendo tubulorum contractionem simulque dolorem efficit, vel comprimendo, spirituum animalium influxum sufficientem sive debitum impedit.

Materia antarthriticorum. §. 2. Materia itaque Medicamentorum *Antarthriticorum* unicè propemodum è Tabulâ *Cephalicorum*, *Nervinorum* & *Antiscorbuticorum*, erit petenda, indeque præcipuè seligenda ea, quæ blando sale volatili balsamico Massam sanguineam (in arthri-

arthriticis Affectibus admodum viſcoſam & glutinoſam, fixisque tartareis Salibus nimiopere imprægnatam) volatiliorem ac ad Circulationem aptiorem reddere, Spiritibusque animalibus priſtinum vigorem reſtituere valent. Quemadmodum credimus eſſe *Radices Apii, Angelicæ, Vincetoxici, Petaſitidis, Fœniculi, Aſparagi, Petroſelini, Ariſtolochiæ, Allii, Ceparum, Scyllæ, Aronis, Raphani ruſtic. Gentianæ, Sarſaparill. Chinæ, Carlinæ, Fraxinell. Caryophyllatæ, Ligna Quajaci, Juniperi, Saſſafras, Herbas antiſcorbuticas omnes*, ut & *Origani, Serpilli, Salviæ, Beton. Ocymi, Anethi, Abrotani, Sideritid. Calaminth. Pulegii, Pimpinell. Roriſmarini, Majoranæ, Flores Anthos, Betonicæ, Paralyſeos, Summitates Chamædreos, Chamæpyteos, Folia Thée, Strobilos Pini, Baccas Lauri, Juniperi, Lumbricos terreſtres pptos, Millepedes pptos, Fimum equinum*, ejuſque *deſtillatum* aut *Infuſum, Spiritum Cochleariæ genuinum*, ac reliquos omnes *volatiles, urinoſos, Tinctur. Antimonii, Spiritum Radicis Gentianæ majoris, Eſſentias Beton. Succin. Trifolii fibrini, Chamædryos, Lignorum, Strobilorum Pini.* Quibus etiam *Lac bubulum, caprillorum, aſininum*, diutiſſimè potum, *Pulveres alcalinos* addere licet, qui ex minerali ac animali Regno peti poſſunt, Formulæ ſequentes vel ſimiles eſſe ſolent.

℞. *Radic.* ʒ. *aperient.*
Lign. Saſſafr.
Cortic. Lign. Guajac. ana ℥vj.
Fol. Betonic.
Chamædr. ana Mj.
Sem. Fœnic.
Bacc. Juniper. ana ℥j.

Inciſa & contuſa coque per horam integram in vaſe clauſo, affuſis Aquæ fontanæ Mij. de Colatura m. ac veſper. Cyathus integer exhauriatur.

Vel ℞. *Radic. Chinæ* ʒvj.
Fœnic. ʒiij
Salsæpar. ʒj.
Herb. Origan.
Serpill.
Chamæpyth. ana Mß.
Sem. Fœnic.
Anis. ana ʒiß.
Antimonii crud. ℥j. *in petiâ ligat.*

Incisa & contusa coque in vase clauso per horam, de Colaturâ m. ac v. hauriantur ℥vj.

Vel ℞. *Herb. Cochlear. Beccabung.*
Nasturt. Fumar.
Cherefol. ana rec. Mvj.
Fim. Caballi avenâ probè nutriti bolos xx.

Incisa invicem atque cyatho Aquæ & Vini perfusa, destilla in MB. *Hujus destillati Liquoris* ℥ij. *vel* iij. *m. ac v. hauriantur.*

Quòd si *Infusum* ceu efficacius, sed graveolens magis placeat, tunc m. ac v. *sumantur Fimi caballini boli* iij. *vel* iiij. *affundantur Aquæ florum* Acaciarum *&* Fœniculi *ana* ℥ij. *Stent tecta in loco calido per horam postea expressus liquor tantillo Aquæ Cinamomi gratior redditus pro dosi exhibeatur.* Vel *Pulveris* formâ.

℞. *Crystall. alb. ppt.*
C. C. pph. ppt.
Diaphor. martial.
Lumbric. terrestr. ppt.
Salis volatilis Fuligin. ana ʒiß.
Milleped. ppt.
Fœcul. Aron. ana ʒj.
Cinnab. Antimon. opt. ℈ij.
Nuc. moschat. ℈j.
Sacch. cand. alb. ℥j.

M. f.

M. F. Pulv. subt. cujus ℈ij. *mane ac vesp. capiantur pro dosi.*

Vel ℞. *Conserv. Betonic.*
Anthos.
Cochlear. ana ℥ß.
Confect. Alkerm. compt. ʒj.
Nuc. indic. condit. ʒij.
Succin. alb. ppt.
Bezoard. miner.
Lumbric. terrestr. ppt. ana ℈ij.
Ocul. 69. ppt. ℈j.
Syr. flor. Tunic. q. s.

M. F. Elect. de quo singulis vj. *horis Nucistæ magnitudo capiatur.*

Vel ℞. *Extract. Trifol. fibr.*
Betonic. ana ʒj.
Diaphor. jovial.
Succin. alb. ppt.
Milleped. ppt.
Cinnabar. nativ. opt. ana ʒß.
Salis volat. C. C. ℈ij.

Cum Oleo destill. Juniperi vel *Syrupo Betonicæ F. Pilulæ gr.* ij. *magnitudine, de quibus m. ac. v.* vj. *vel* viij. *pro dosi sumantur.*

Vel ℞. *Tinct. Antimon.* ʒij.
Castor. cum Spir. Sal. arm. parat.
Essent. Succin. ana ʒß.
Opii liquid. ℈j.

M. ad Vitr. m. ac v. xv. vel xx. gtt. capiantur.

Vel ℞. *Spiritus Cochlear.*
Salis armon. urin. ana ʒiß.

M. ad Vitr. Dosis xiij. vel xv. gtt. m. ac v.

Vel ℞. *Spiritus è Radice Gentianæ majoris luteæ recentis incisâ tenuissimè contusâ, & per se sine ullius rei additione*

fermentatâ (quod intra mensis spatium contingere solet) destillati ℔iß.

Detur ad Vitr. Dosis quotidie mane cochleare unum vel duo per longum tempus, per se, aut cum unciis aliquot *Aquæ destill. Borrag. Bugloss. Cardui Mar. Scabios. Ulmar. Endiv. Nasturtii.* Vel cum haustu solius *Aquæ destill. Galegæ*, ad uncias tres vel quatuor, addito *Cochleari pleno Syrupi ejusdem Galegæ florum.*

Vel ℞. *Essent. Strobil. Plini* ʒvj.
Succin. ʒij.
Lignor. ℥ß.

Misc. detur ad Vitr. Dosis mane ac vesperi horâ quintâ guttæ 20. ad 30. cum vehiculo congruo.

CAPUT XXXI.

De Remediis Præparantibus & Digerentibus.

§. 1.

Præparantia antiquissimis temporibus usitata

JAm in primâ dogmaticæ Medicinæ Scholâ id obtinuit Axioma; crudos non esse purgandos humores, sed eos prius digestos, & ad faciliorem secretionem præparatos. Istud neque hodierna Medicina negligere vel contemnere audet, sæpissimè enim observatur, Purgantia vel nimis graviter Ægros tractare, ac in illis non rarò Convulsiones excitare, aliquando etiam cum aliquâ Febri malignâ subsequente; vel etiam humores propter nimiam sui viscditatem purganti remedio minus obedire, inque corpore subsistere. Sæpissimè enim intra laticem humorosum fixæ nimis, tenaces, acetosæ, & immorigeræ particulæ existunt, quæ præcipitationi, ab ipso Purgante instituendæ, maximopere